[illegible]

| 133

~~1547~~ 7 · N° 9 · 37 · 131. 37

Dilecto in X.° Jesu D. n. filio paulo Salutem in dno et bene=
dictionem sempiternam. Cum hi qui professionem in minima nra socie
tate emittunt ob diuturna studia et probationes conditionesque alias
requisitas pauciores sint quam ut possint desiderio nro in excolenda la
tissima dni vinea, et multis operarijs indigente, satisfacere placuit
sti D. n. supremi pontificis ac xpi vicarij facultatem nobis admit
tendi coadjutores, quorum opera tum in spiritualibus ad plurimum ani
marum auxilium, tum in temporalibus ad societatis sublevationem, ute
remur, de benignitate aplica concedere, atque indulgere. nec tantum
ut admittere (modo in litteris aplicis expresso) et participes operum
omnium et meritorum hujus societatis facere possemus, verum ut quibusdam
ex eis qui ad hoc idonei viderentur facultates gratias, autoritatemque
omnem ab Aplica Sede huic Societati concessam, in toto vel in parte
perinde ac si professi essent, communicare valeamus. Cum ergo ca=
dem nos sitis urgeat divini honoris ac salutis animarum
riorum copia et eorundem autoritas (istis precipue in locis cui et opera=
versaris) est pernecessaria (cumque plurimum in dno in quibus
ane vite exemplo et pia atque catholica doctrina, confidamus quod tu pro
ximorumque spiritualem profectum sis promoturus, divinam gloriam statuimus pro
nro Jesu xpo te in coadjutorem spiritualem juxta constitutiones in eodem dno
tatis admittere, tibique omnium et operum et meritorum participatione socie
sed et gratiarum ac facultatum autoritatisque omnis eidem nre socie=
tati per prepositi ipsius dispensationem, a sede Aplica concesse
privilegia, conferre: ut eis ad edificationem non ad destructionem
utaris. quod ut et tibi et alijs rationem exigentibus certius constet
et hasce litteras mea subscriptione et societatis sigillo fultas de=
di, Rome, Anno Dni Millesimo quingentesimo quadragesimo
septimo Duodecimo kalendas Decembris

de p.e ygnatio p.a su p.e
micer paulo ser coadiutor
sp̄ual.

1547